



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum in beatitudine sit principalius visio, quàm delectatio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

¶ Super Quaestio- nis quarta Ar- ticulum pri- mum.

QVAESTIO IIII.

De his quae ad beatitudinem exiguntur, in octo articulos diuisa.

IN hoc art. i. 4. que- stionis Nonitoriu dubium occurrit, quo modo litera saluetur, dicens, quod delecta- tio causatur ex hoc, quod appetitus re- quiescit in bono ade-pto, cum apud autho- rem delectatio sit qes appetitus, ut hic etia in responsione ad pri- mum expresse dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, qd cum constat de certa conclusione, verba quae apparent quan- doque dissona, pie interpretanda sunt. Et sic est sensus lite- ra huius, quod delecta- tio causatur ex hoc, quod appetitus requiescit in bono ade-pto, idest, delecta- tio, quae est ipsa actua- lis quies, causatur ex hoc, quod appetitus se habet ad bonum adeptum, ut quiesces ad id in quo est qes. Ex hoc namq; quod appetitus peruenit ad talem statum, quod bonum adeptum sit, sequitur quies, quae est delectatio: litera autem circumloquitur; ly esse in tali statu nomine requie- scentis, ea ratione: quia quies significat esse in termino. & ex hoc, quod appeti- tus est ut in termino sui motus adeptus bo- no, constat sequi de- lectationem.

Supra q. 3. art. 4. cor. & 2 dicit 38. ar. 2. cor. & 4. di. 49. q. 3. ar. 4. q. 3. Fro- pul. 3. c. 107. 106.

\*ca. 8. a med. cap. 9. to. 5.

cap. 7. & 8. tom. 5.

¶ Super Quaestio- nis quarta Ar- ticulum se- cundum.

q. 3. ar. 8.

cap. 6.

li. 6. e. 5. to. 5.

cap. 23. ante mediū. to. 1.

IN secundo artic. circa responsione ad secundum dubia occurrunt, & de ra- tione reddita differe- tia inter ordinem ap- petitus sensitiui & in- tellectiui, & de con- sonantia dictorum. Superius enim in que- stione secunda, arti- culo sexto, ad pri- mum. dixi, quod de- lectatio ppter se, & non propter aliud appetitur, si ly pro- pter, dicat causam finalem: hic uero, & alibi ex proposito, ut in 3. contra Gent. c. 26. vult, quod delecta- tiones sint propter operationes. Non

DEINDE considerandum est de his quae exiguntur ad beatitudinem.

ET CIRCA hoc queruntur octo.

¶ Primo, Vtru delectatio requiratur ad beatitudinem.

¶ Secundo, Quid sit principalis in beatitudine, utru delectatio, uel uisio.

¶ Tertio, Vtrum requiratur com- prehensio.

¶ Quarto, Vtrum requiratur re- citudo uoluntatis.

¶ Quinto, Vtrum ad beatitudinē hominis requiratur corpus.

¶ Sexto, Vtru pfectio corporis.

¶ Septimo, Vtrum aliqua exte- riora bona.

¶ Octauo, Vtrum requiratur so- cietas amicorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd delectatio non requiratur ad beatitudinē. Dicit enim Aug. in 1. de Trin. \* qd uisio est tota merces fidei: sed id quod est premium, uel merces virtutis, est beatitudo, ut patet per Philo- sophū in 1. \* Eth. ergo nihil aliud requiritur ad beatitudinem, nisi sola uisio.

¶ 2. Præ. Beatitudo est per se suffi- cientissimū bonum, ut Philosop. dicit 1. \* Eth. Quod autem eget ali- quo alio, non est pfecte sufficiens, cum igitur essentia beatitudinis in uisione Dei consistat, ut \* ostē- sum est, uidetur qd ad beatitudinē non requiratur delectatio.

¶ 3. Præ. Operationem felicitatis, seu beatitudinis oportet esse non impeditā, ut dicitur in 10. \* Ethic. sed delectatio impedit actionem intellectus: corrūpit enim estimati- onem prudētia: ut dicitur in 6. \* Ethic. ergo delectatio non re- quiritur ad beatitudinem.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 10. \* confels. quod beatitudo est gaudium de ueritate.

RESPON. Dicendum, qd qua- drupliciter aliquid requiritur ad aliud. Vno modo, sicut præabu- lū uel preparatorium ad ipsum: sicut disciplina requiritur ad sciē- tiam. Alio modo, sicut perficiēs aliquid, sicut anima requiritur ad uitam corporis. Tertio modo, si-

cut coadiuuans extrinsecus, sicut anima requiritur ad aliquid agē- dum. Quarto modo, sicut aliquid concomitās: ut si dicamus, quod calor requiritur ad ignem: & hoc modo delectatio requiritur ad beatitudinem. Delectatio. n. cau- satur ex hoc, qd appetitus requie- scit in bono adepto: unde cum beatitudo nihil aliud sit, quam adeptio summi boni, non potest esse beatitudo sine delectatione concomitante.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd ex hoc ipso quod merces alicui redditur, uoluntas merētis quie- scit, quod est delectatio. unde in ip- sa ratione mercedis redditae dele- ctatio includitur.

AD SECVDVM dicendū, qd ex ipsa uisione Dei causatur dele- ctatio: unde ille, qui Deū uidet, delectatione indigere nō potest.

AD TERTIVM dicendum, qd delectatio concomitans opera- tionem intellectus, non impedit ipsam, sed magis eam confor- tat, ut dicitur in 10. \* Ethic. Ea. n. quae delectabiliter facimus, atten- tius & perseverantius operamur. Delectatio autem extranea impe- dit operationem, quandoq; qui- dem ex intentionis distractione, quia sicut \* dictum est, ad ea qui- bus delectamur, magis intenti su- mus: & dum unī uehementer in- tendimus, necesse est, quod ab alio intētio retrahatur, quandoq; autem etiam ex contrarietate: si- cut delectatio, sensus contraria ra- tioni, impedit assimationem spe- culatiui intellectus.

ARTICVLVS II.

Vtrum in beatitudine sit principalis uisio, quam delectatio.

AD SECVDVM sic procedi- tur. Videtur, qd delectatio sit principalis i beatitudine quam uisio. Delectatio enim, ut dicitur in 10. \* Ethic. est perfectio operis: sed perfectio est potior perfecti- bili, ergo delectatio est potior o- peratione intellectus, quae ē uisio.

¶ 2. Præ. Illud propter quod ali- quid est appetibile, est potius: sed operationes appetuntur propter delectationem ipsarum. unde & natura in operationibus necessa- riis ad cōseruationem indiuidui & speciei delectationē apposuit, ut huiusmodi operationes ab ani- malibus non negligantur. ergo delectatio est potior in beatitudi- ne, quam operatio intellectus, quae est uisio.

¶ 3. Pr. Visio rñdet fidei, delectatio

consonat quoque, qd naturalis ordo appeti- bilium ab appetitu sensitiuo sit contra- rius ordini statuto ab institutore natu- rae: nam absque er- rore res naturales dir- riguntur.

¶ Si ergo institutor natura delectationes sensibiles instituit pro- pter operationes ut finem: ergo ab appeti- tu sensitiuo natura- liter appetenda est, & consequenter app- tetitur delectatio se- sibilis propter opera- tionem, & non econ- uersō. difficile quo- que est uidere, quo- modo ex hoc, quod apprehensio sensitiua non attingit ad com- munitatem rationem bo- ni, sed particularis boni, quod est delectabile, sequitur sicut effectus ex causa qd appetitus sensitiuus feratur in operatio- nem propter delecta- tionem, & quia falsū uidetur assumptum: quonia cognitio sen- sitiuā extendit se ad bonum non delecta- bile secundum sensū, ut patet cum hirudo colligit paleas & lu- tum pro nido: non quia delectet eam ta- ctus, aut uisus palea- rum, sed propter uilitatem: & quia nō solum causalitatis, sed connexioni medicum conclusionem non ap- pareat.

¶ Ad euidentiā harū quatuor dubitationū sciendum est primō, quod delectatio & operatio, seu bonum coniunctum causans delectationem, de quo est delectatio, dupliciter possunt considerari. primō secundum se absolu- te, secundo in res- pectu adiuuicē. & hoc dupliciter, uel scilicet ut unum appetibi- le formaliter: uel ut multa appetibilia for- maliter. Si absolute considerentur, utrum- que eorū est propter se appetibile: ita qd neutrum ppter alter- um ut finem. & ratio est: quia utrumque habet in se unde fini- at simpliciter app- tetitum. motum abiq; ordine ad alterum, ut finem. Diuisio enim bono trifariam, in ho- nestum, delectabile, & utile: solum utile secundum se est pro- pter aliud ut finē: & hoc

cap. 4. to. 5.

In ista sola- tione.

Supra arti. 1. & locis ibi notatis.

cap. 4. a me- diū. to. 5.

hoc intendebat author in q. 2. superius, vbi dixit delectationem appeti non propter aliud, vt finem. Et Arist. in 10. Ethic. deridens quarentem, propter quid quis delectatur. Si autem sumuntur haec duo, vt vnum appetibile formaliter, sic non est questio, an hoc propter illud, aut e conuerso: sed totum appetitur sub ratione illius quod formale est: & hoc, vt patet, accidit in appetitu sensitiuo. Si vero comparantur adinuicem, aut ex parte appetibilis, & tunc delectatio est propter operationem: quia maius bonum est honestum, quam delectabile: & ut diffi-

se probatur in praedicto loco contra Ger. & hic aliquantulum tan giur, natura apposuit delectationes propter operationes vt finem. Et hoc intendit hic author, & in praedicto libro. Aut ex parte appetentis, & sic si appetitus est inordinatus non est sollicitandum de ordine: si autem est ordinatus, tunc videtur secundum literam, quod appetitus sensitiuus tendit in operationes propter delectationes: intelleximus autem e conuerso, appetit delectationes propter operationes. Sed quid de hoc sentiendum sit, in hac disputatione dicitur.

Et ex his patet solutio primi dubij. Scito secundo, quod de appetitu sensitiuo duplex est dicendi modus. Potest enim dici, quod appetitus sensitiuus appetit bonum sensibile, ut unum appetibile, & delectationem consequentem vt aliud appetibile: & potest dici, quod appetitus sensitiuus appetit quidem virtute horum, sed sub ratione vnius appetibilis, scilicet boni delectabilis. Et si haec secunda via sustineatur, facile est soluere secundum dubium dicendo, quod appetitus sensitiuus non appetit operationes propter delectationes, ut unum appetibile propter aliud finale: sed operationes propter delectationes formaliter, ita quod delectatio est ratio formalis, quod operatio sit finis appetitus sensitiuus: sicut accidit cum aliquis secundum appetitum intellectiuum recte desiderat aliquid solum ut delectabile, quarens delectationem, ut medicinam: & secundum hoc appetitus sensitiuus non tendit in appetibilia ordine contrario naturali ordini, quoniam est naturalis ordo diligat delectationes propter operationes finaliter, non prohibet tamen quin operationes appeti possint sub ratione delectabilis, ut unum appetibile ab eo qui nullum naturam est appetere finem, nisi bonum delectabile. Si vero sustineatur prima via, tunc nulla apparet via euadendi, nisi dicendo, quod licet secundum se haec sint sic ordinata: tamen in ordine ad appetitum sensitiuum praepostere se habent, sicut licet substantia sit secundum se prius cognita accidente: tamen in ordine ad cognitionem nostram praepostere se habent. sed tunc oportet reddere causam huius praeposteri ordinis in appetitu sensitiuo, sicut patet causa in exemplo dato de cognitione nostra: & non apparet causa, nisi dicatur, quod delectabile est magis conueniens appetitui sensitiuo, quam coniunctum bonum de quo est delectatio: sed hoc nihil est. Hoc enim est quod quaeritur, quare delectabile tenet primum locum respectu appetitus sensitiuus, & secundum naturae ordinem non debetur ei primus locus. Et

autem, siue fructio charitati: sed charitas est maior fide, ut dicit Apostolus ad Corinth. 13. Ergo delectatio, siue fructio est potior visione.

SED CONTRA. Causa est potior effectui: sed visio est causa delectationis. ergo visio est potior, quam delectatio.

RESPON. Dicendum, quod istam quaestionem mouet Philosophus in 10. Ethic. & eam insolutam dimittit. Sed si quis diligenter consideret, ex necessitate oportet quod operatio intellectus, quae est visio, sit potior delectatione. Delectatio enim consistit in quadam quietatione uoluntatis, quod autem uoluntas in aliquo quietetur, non est nisi propter bonitatem eius in quo quietatur. Si ergo uoluntas quietatur in aliqua operatione, ex bonitate operationis praecedit quietatio uoluntatis, nec uoluntas quaerit bonum propter operationem: sic enim ipse actus uoluntatis esset finis, quod est contra praemissa: sed ideo quaerit quod quietetur in operatione, quia operatio est boni eius. Vnde manifestum est, quod principalis bonum est ipsa operatio, in qua quietatur uoluntas, quam quietatio uoluntatis in ipso.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut philosophus ibidem dicit, Delectatio perficit operationem, sicut decor inuentum, qui est ad inuentum consequens: unde delectatio est quaedam perfectio concomitans uisionem, non

quamuis litera hanc primam uiam sonet, dum alium ordinem inter operationem, & delectationem dicit respectu appetitus sensitui, & simpliciter: mihi tamen uidetur, quod secunda uia sola sit intentata in litera. Et moueor ad hoc ex assignata ratione in litera, quia scilicet sensitua cognitio non se extendit ad communem boni rationem, sed delectabilis tantum: ita quod licet sensitua pars appetat appetitu naturali operationem, ut uinum appetibile, & delectationem, ut aliud appetibile, quia ambo sunt secundum se bona illi conuenientia, & nihilominus etiam appetat delectationem propter operationem, sicut graue quietem deorsum propter esse deorsum: appetit tamen animalis qui est actus elicitus, & non fertur nisi in apprehensum sensitue ut sic, non appetit operationes, & delectationes, ut duo appetibilia, sed ut unum formaliter, scilicet operationes, ut delectabiles: quia sensitua cognitio est extendat se ad operationes, ut patet in secundo de anima, non tamen extendit se ad eas sub ratione boni nisi delectabilis, & sic appetere operationes propter delectationes formaliter, uocatur in litera appetitus operationum, propter delectationes finaliter, non quia operatio ordinatur ad delectationem: sed quia non appetitur nisi sub ratione illius, quod est appetit propter illam finaliter, & negatiue, quia non propter alium finem: & positue tanquam materia finis, non tanquam ordinata materialiter ad finem. Et ex his patet solutio secundi dubij. Scito tertio, quod cum bonum diuidatur in bonum per se, & propter aliud: & propter se distinguatur in delectabile, & honestum, cognoscere bonum secundum communem rationem boni est apprehendere bonum secundum omnes sui differentias. Sensitua autem cognitio ut sic, quia non propter se, sed propter salutem data est, ut patet in de sensu, & sensu solum ad bonum propter aliud, id est, utile, & propter se, ut delectabile se extendit. Non enim appetunt animalia animalis appetitu uidere propter hoc bonum, quod est uisio, aut odorare propter bonum, quod est odorare: sed in quantum utilia, aut delectabilia sunt. In cuius signum non pugnant animalia, nisi propter delectabilia, irascibili testimonium reddente de fine concupiscibilis: & ex his patet solutio ultimum dubiorum. Iam enim patet, & quod sensitua cognitio non se extendit nisi ad delectabile, ut finem: ad utile enim tendit propter delectabile: & quomodo ex hoc ipso manifeste sequitur, quod operationes appetit ut delectabiles, & propter quod hoc est, quia scilicet sensitua cognitio gradus primus existens delectabile non transcendit bonum, ut finem cognitum, quod est obiectum appetitus animalis.

sicut perfectio faciens uisionem sua specie perfectam esse.

AD SECUNDVM dicendum, quod apprehensio sensitua non attingit ad communem rationem boni, sed ad aliquod bonum particulare, quod est delectabile: & ideo secundum appetitum sensitiuum, qui est in animalibus, operationes quaeruntur propter delectationem: sed intellectus apprehendit uerisalem rationem boni, ad cuius consecutionem sequitur delectatio: unde principaliter intendit bonum, quam delectationem. Et inde est, quod diuinus intellectus, qui est institutor naturae, delectationes apposuit propter operationes, non est autem aliquid esse mandatum simpliciter secundum ordinem sensitui appetitus: sed magis secundum ordinem appetitus intellectui.

AD TERTIVM dicendum, quod charitas non quaerit bonum dilectum propter delectationem: sed hoc est ei conueniens, ut delectetur in bono ad eum quod amat. & sic delectatio non respondet ei ut finis, sed magis visio, per quam primo finis fit ei ei praesens.

ARTICVLVS III.

Utrum ad beatitudinem requiratur comprehensio.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod ad beatitudinem non requiratur comprehensio. Dicit enim

Non enim appetunt animalia animalis appetitu uidere propter hoc bonum, quod est uisio, aut odorare propter bonum, quod est odorare: sed in quantum utilia, aut delectabilia sunt. In cuius signum non pugnant animalia, nisi propter delectabilia, irascibili testimonium reddente de fine concupiscibilis: & ex his patet solutio ultimum dubiorum. Iam enim patet, & quod sensitua cognitio non se extendit nisi ad delectabile, ut finem: ad utile enim tendit propter delectabile: & quomodo ex hoc ipso manifeste sequitur, quod operationes appetit ut delectabiles, & propter quod hoc est, quia scilicet sensitua cognitio gradus primus existens delectabile non transcendit bonum, ut finem cognitum, quod est obiectum appetitus animalis.

Super Quaestione quarta Articulus tertium.

IN hoc articulo, aduertit Nouitiae, primo in corpore articuli, quod per realem habitudinem amant ad amatum, non intelligitur Prima Secunda S. Thomae. B 4 habitu-

cap 6.7. & 8. uon. s.

q. 12. ad 2.

\* Iodem li. Ethic. cap. 10. post mediu tom. 5.

1. diff. 1. q. 1. art. 1. cor. 4. diff. 49. q. 4. ar. 5. q. 1. cor.